

plura congerit similia D. Ioannes Baptista Velasquez in cons. 151. à num. 40. cum sequentibus, tom. 17. & per eundem text. resolutur, quod ubi feudum fuit in aliquibus ex partibus, vel concedentis dispositione alteratum, non ideo novam in totum assumit formam; sed imò in non alteratis antiquam retinet naturam, per Iserniam in cap. 1. ubi alij quoque de feudo non habent. propr. naturam. Romanus consil. 70. n. 2. Decius consil. 193. col. pen. Curtius Senior, in tractatu feudorum, part. 1. quest. 6. col. 6. Pasif. consil. 23. num. 26. volum. 1. Lofredus consil. 1. num. 168. Sardus consil. 445. à num. 58. lib. 3. & in consil. 63. num. 29. post Bald. Socin. Neuzia. Nata. Roland. Menoch. & Beccium, & si vna pars supplicationis facit confirmata tantum, & concessa, cetera intelliguntur reprobatæ & reiectæ Seraphinus decis. 467. num. 6. ex Patifio consil. 20. num. 15. lib. 1.

103 ad hoc ut sententiæ dicantur conformes; & requiritur quod conueniant in formalitate, & identitate verborum, nec in modo, sed sufficit conuenire in substantia, & effectu, & quod omnes tendant ad eandem finem, sicut nec est necesse, quod confirmetur expresse, ut post plurimos Doctores, & decisiones probat Rota in vna Montis Regalis iurisdictionis, 1. Iulij 1605. coram Penna, ibi: Rota de re iudicata contra re censuit, quia verè aderant tres sententiæ Rotales ad fauorem Archiepiscopi Montis Regalis, quæ in omni materia constituunt rem iudicatam, l. 1. C. ne liceat tertio prouocare, & maxime in hoc casu, in quo prædictæ tres sententiæ respiciebant idem ius, & eandem causam iuris Metropolitanici, ex quibus præcipuè constituitur res iudicata, l. cum queritur, cum duabus sequentibus, ff. de exceptione rei iudicata. Vetallus decis. 93. part. 3. & erant conformes in substantia, & in effectu subiectionis ad fauorem Archiepiscopi, quod sufficit ad effectum, ut sententiæ dicantur, & sint conformes, Socinus Iunior consil. 74. num. 1. & 2. lib. 2. Ruinus consil. 114. num. 10. & 13. lib. 5. Gabriel titulo de exceptione rei iudicate, conclus. 1. num. 33. Thefaurus decis. 112. & decis. 228. num. 2. & sæpe Rota censuit in pluribus casibus, & signanter in vna Romana successione coram B. M. Orano 23. May 1597. atque inde mox inferebatur, locum fuisse executioni. Clement. 1. de sentent. & re iudicat. nec ad rem pertinebat, quod tertia sententia lata non confirmat expresse duas primas sententias; & quia cum similiter esset ad fauorem Archiepiscopi super iure Metropolitico, & in substantia contineret idem, quod duæ priores; cum conueniebat super facto principali valida fuit, & cum illis conformis, ut notabiliter dixit Baldus in l. creditor. §. cum de solutionibus, nam ad effectum, & ut sententiæ non dicantur conformes, opus est, ut adit difformitas circa substantiam, vel qualitatem principalem. Alexander. consil. 77. num. 3. versicul. Sicut ego, lib. 2. & fuit resolutum in causa Romana successione, die 23. May 1597. coram B. M. Orano, &c. quam decisionem integram adduximus supra hac 2. part. cap. 13. à num. 76.

Idem etiam affirmat Scaccia, & alij per Nos citati in tractat. de Regia protectione, 3. part. cap. 16. à num. 25. quibus adde Rotam, ut per Fatinacium in posth. tom. 1. decis. 552. num. 9.

& Thefaurum in locis in dist. decisione allegatis.

106 Ex quibus concludenter resoluendum erit, commissionem, & inhibitionem Rotalcm super tertia appellatione, aut re iudicata, aut tribus conformibus emissam retinendam in Senatu, cum sit expedita contra utilitatem publicam, & præiudicium iuris tertio quæsitum, ne illis vtiatur pars.

107 Et erit aduertendum, quod inhibitiones (de quibus in singulis quatuor conclusionibus adscriptis à principio huius cap.) & sunt retinendæ in Senatu ne illis aliquomodo vtiatur impetrans iuxta latè tradita in 2. conclusione, cap. 26. à num. 33. cum segg. hac 2. part. ne ex vlu carum, & reproductione in Rota exoriantur damna intolerabilia præcauenda, & per Nos considerata ibidem, à num. 51. & segg.

108 Tandem etiam annotandum erit, inter inhibitiones retinendas in Senatu & (quas hæctenus à principio huius cap. retulimus) alia connumeranda erit, nempe inhibito emanata super beneficio possessio & obtento ab aliquo ex impro, cum in eo, & super omnibus libris beneficij administrationem tangentibus iurisdictione priuatiua sit Ordinarij, prout latè deduximus supra hac 2. part. cap. 15. per totum, ubi à principio quod queris commissio non subscripta propria manu Sanctissimi retinenda erit in Senatu causa huiusmodi Ordinario commissa. Et in specie quod inhibito in huiusmodi casibus sit contra Decretum expressum Concilij Tridentini, ibidem videre poteris à num. 13. cuius verba retulimus.

CAPVT XXXII.

Delegato ex commissione non subscripta super appellatione (quæ verè non fuit emissa) procedenti in causa prout in prima vigore clausulæ (quam, & quas) inclusa in eadem, vel super articulo separato, an obstat noua Tridentini dispositio, ita ut nihilominus fiat per Senatum Ordinario remissio.

SVMMARIVM.

- Commissio impetrata super appellatione, qua non fuit emissa nulla est, num. 1.
Ex commissione super appellatione, qua non extat, potest procedi prout in prima instantia, si habeat clausulam (quam, & quas) n. 2.
Ita ut tunc sententia in gradu appellationis non existens lata prout in prima, sit prima, n. 3.
Clausula (quam, & quas) amittit effectum suum ex Concilio Trident. ex qua non potest procedi prout in prima, nisi commissio sit subscripta manu Sanctissimi, n. 4.
Alias fraus Tridentini. Decreto, cum facillè foret impetranti extare legitime appellacionem asserere, ut obtineat commissionem cum clausula (quam, & quas) & effugere iudicium Ordinarij, n. 5.
Clausula (quam, & quas) sapit auocationem, & transfert in Delegatum tacite iurisdictionem super tota causa principali, n. 6.

Auocatio

Auocatio expressa non subscripta non tollit primam instantiam Ordinarij ex Concilio Tridentini num. 7.

Tantum non potest plus operari quam expressum, cum quo datur equalitas tantum, n. 8.

Extensio sue comprehensionis materia in rationis identitate fundatur, non in minoritate, num. 9.

Ad superiorem nisi ex legitima appellatione non deuoluitur causa ante diffinitiuam, & appellatione non existente, perseruet Ordinarij instantia, num. 10.

Clausula (quam, & quas) virtute non potest Iudex procedere prout in prima, quando impetratur commissio super appellatione à diffinitiuam, si de appellatione non constat, & de ratione fundamentali, num. 11.

Rem indicatam non potest Princeps per rescriptum subuertere de ordinaria potestate, n. 12.

Clausula (quam, & quas) Iudex non procedit tanquam in prima etiam de iure communi, nisi deficiant appellatio, & sententia simul, n. 13.

Clausula (quam, & quas) amittit effectum, quo procedebatur prout in prima, nisi commissio fuerit subscripta manu Sanctissimi ex nouo Decreto Trident. num. 14.

Per clausulam (quam, & quas) poterat Iudex appellationis se intromittere in articulo separato & diuerso, iure communi actio, n. 15.

Hodie ex Trident. nullomodo, nisi commissio sit subscripta, quia requiritur nouum iudicium, & nouam instantiam tangentem Ordinario, numer. 16.

Clausula (quam, & quas) amittit suos effectus, si pars aduersa non citetur ad dicendum contra commissionem, num. 17.

Subscriptio manu Sanctissimi non preseruat effectum clausula (quam, & quas) quibus in aliquo casu de iure priuatur, n. 18.

Clausula (quam, & quas) non tribuit iurisdictionem in causa principali, quando ab ea emissa fuit appellatio, qua non apparet; sed quando fuit appellatum ab interloquutoria, n. 19.

Et de ratione, num. 20.

INTER varios iuris communis effectus à Neotericis attributos & huic clausulæ (quam, & quas) ille vnus quod eius virtute possit Delegatus ad causam appellationis datus nihilominus procedere prout in prima instantia, quando non contiterit appellationem fuisse emissam, quo casu licet regulariter commissio super appellatione (quæ vera non extat, nec apparet interposita) sit nulla & inefficax, prout ex pluribus comprobauimus supra cap. 31. à n. 56. & segg. Tamen quando in præfata commissione appellationis & non apparentis inest clausula (quam, & quas) posse insuper eundem iudicem Delegatum procedere in causa prout in prima instantia, eo quod tacite eandem primam instantiam Papa intelligit auocasse ab inferiore, & in hunc Delegatum transfertur (ut statim à num. 6. dicemus) affirmant nonnulli Doctores, & Rotæ decisiones, ut ex Sarnetio in regula de infirmis resigant. quest. 34. num. 4. Achilles de Grassis decis. 14. alias 30. commissio causa, num. 1. de rescriptis, sequitur (licet sub dubio, & scarpulo) Cæsar de Grassis decis. 8. num. 5. & Cæsar

Batz. decis. Bononiens. 47. in causa verrente, n. 37. & 38. Marchelan. de commissionibus, part. 1. de commission. appellat. in Rom. Curia, in verbo, necnon quam & quas, num. 31. in fin. & num. 42. fol. 48. in 2. præmissione. Scaccia de appellationibus, quest. 3. num. 5. & 6. videndus à num. 3. Augustinus Barbola clausul. 121. num. 9. Marta clausula 120. num. 2. part. 1. Rota in Romana Saluiani interdict. 14. Decembris 1596. coram Cardinale Lancelloto impressi per Marchelanum de commissionibus, part. 2. pag. 62. & apud Seraph. decis. 114. num. 2. & 3.

Ita quod sententia lata in gradu appellationis, & quæ non apparet, nec extat, sustinetur tanquam in prima, & ac si in prima instantia lata fuerit, & uti prima sententia sustinetur, Achilles dist. decis. 14. Grassis decis. 5. num. 5. de rescriptis, Sarnet. dist. quest. 34. num. 5. versicul. Et hoc vltimus. Seraphinus decis. 124. num. 2. & decis. 1232. num. 3. Barbola dist. clausula 121. num. 12. & fuit dictum in vna Paensis Communicatus 17. Iulij 1615. coram Vbaldo Senio, impressa per Fatinacium decis. 731. num. 5. part. 2. recent. declarata tamen prout à num. 10. & segg.

Hodie tamen iste nostræ clausulæ effectus penitus euauit stante & noua dispositione Concilij Trident. sess. 24. de reformatione, cap. 10. quo expresse sublatae sunt omnes auocationes in prima instantia, quæ propria manu Sanctissimi non sunt subscriptæ, ideoque si commissio appellationis legitime non substat, eo quod non constat de appellatione, aut de sententia interloquutoria continente grauamen irreparabile, vel diffinitiuam vim habente iuxta determinationem eiusdem Tridentini. Iudex ipse Delegatus non poterit se intromittere in causa, procedendo tanquam in prima, in præiudicium Ordinarij iurisdictionis, & colligantiam, ut diximus sæpè, nam ex hac via fieret notissima fraus Concilij Tridentini Decreto, & cum in facultate esset cuiuslibet volentis effugere iudicium, & hoc quæsitio colore, primam Ordinarij instantiam euertere: quippe cum agnoscat quod directè non potest id consequi, facillè eforet fingere, & falsò supponere sententiam iam ab Ordinario latam, & appellationem à se emissam, ut obtineat commissionem cuiuslibet iudici super ea; ad hoc ut virtute clausulæ (quam, & quas) liberè procedat, & cognoscat in prima instantia, quas fraudes iura non patiuntur, imò abhorrent; & quod vni via prohibetur alicui, ad id alia admitti non debet, ex vulgari iuris regula.

Tum etiam, quia si aliqua ratione Doctores citati, & num. 2. & 4. hunc attributum effectum huic clausulæ (quam, & quas) ca potissimum, quia per eam tacita inducitur auocatio, & translatio iurisdictionis super tota causa & negotio principali, quia dicta clausula sapit auocationem à iudice inferiori. Hondecius consil. 27. num. 44. & 45. Menochius consil. 787. num. 31. Augustinus Barbola in clausula 121. num. 14. & 15. & videndus num. 2. & 3.

Sed sic est, quod nec expressa auocatio in prima instantia non subscripta & propria manu Sanctissimi potest hunc effectum operari, ut probat manifestè dist. Concil. Tri. dist. 120. Ergo eo carere debet penitus ista clausula, & quia tacitam non potest plusquam expressum operari, Beccius consil. 37. num. 24. Borcius consil. 144. lib. 1.

Qq

lib. 1. *Surdus conf. 28. num. 121. post medium. lib. 1. Gratianus disceptation. forens. lib. 5. cap. 133. num. 15. & cap. 649. num. 13. & seqq. & cap. 169. num. 47. & 48. Surdus decis. 317. à num. 12. & seqq. non nullos alios citat Carlebal. in tract. de iudiciis. dist. 2. sub num. 600. Rota per Farinacium in posthum. tom. 2. decis. 495. licet enim utriusque effectus equalis attribuitur, & non debemus tacitum ad maiorem extendere, & protrahere, vt eleganter in similibus considerat Franchus in cap. confit. super gloss. in de election. lib. 6. Immola in l. si vero §. de viro. ff. solue. marit. Socin. conf. 9. num. 6. & seqq. lib. 3. Arcin. conf. 25. num. vlt. Crauet. conf. 176. num. 2. lib. 2. Christophorus de Paz de reuoca. cap. 57. sub num. 283. & est originale dictum Bald. in cap. secundo requiritur, num. 4. & 5. de appellat. vt in qualibet materia comprehensibili nunquam fiat comprehensio casus, quo minor ratio compressionis in rationis identitate fundetur, non in minoritate: sicque maiorem vim non debemus tribuere tacito, quam expresse, cum ab hoc vt plurimum reguletur, ex vulgaribus, ac ideo sicut auocationem expresse non subscriptam reprobatur Concil. Trident. in prima instantia; multo fortius tacitam subscriptione patitur carentem.*

Tum etiam, quia si ex Trident. in dist. cap. 20. prohibetur est adire superiorem ante definitum nisi per viam appellationis legitime à diffinitivæ vim habente, vel damnum inferente irreparabile, vt ex eodem patet decreto; si non constat de appellatione legitima, nec non legitime interiecta, nec item de sententia ipsa, vt intelligit Scaccia de appellationib. cap. 3. num. 6. cum Barzio decis. 47. num. 37. & 38. cum hoc casu deficiat qualitas legitimans recessum, & sic adhuc iam maneamus in prima instantia Ordinarij, quæ nec etiam expresse aduocanda erit absque subscriptione propriæ manus Sanctissimi; ergo nec per tacitam illa deficiente, & sic virtute dictæ clausulæ (quam, & quas) non poterit procedere in causa principali.

Quare obiter aduertendum (in quo aliquantulum confuse loquuntur citati DD.) quod huius clausulæ effectus reatus non potest villo modo, etiam de iure communi verificari in commissione super appellatione à sententia diffinitiva, vt in eadem causa possit iterum procedi, tanquam in prima instantia, non constituto de appellatione emissa, quia si non fuit interiecta; & sententia transit in rem iudicatam ex iuribus vulgaribus (quam nec Princeps de potestate Ordinaria potest euertere, nec per suum rescriptum resuscitare causam iam decissam, nec velle censetur, vt late diximus supra cap. 31. à num. 63. cum seqq.) igitur nec iudex Delegatus poterit iterum se in causa finita introuirere; sed (de iure communi loquor) illa clausula deficiente appellatione, poterit forriti effectum, quoad alias diuersas causas, quæ eius virtute intelliguntur Delegato commissa, vt in prima instantia de illis cognoscat, late Augustinus Barbosa claus. 121. à num. 2. cum sequentibus. At verò ad hoc vt in eadem causa operetur dicta clausula ad effectum procedendi in prima instantia, & præcisè requiritur quod simul deficiant appellatio, & sententia narrata in commissione; prout loquuntur & declarant Barzjus

& Scaccia de appellat. cap. 3. num. 6. nam tunc de iure communi potest iudex cognoscere prout in prima instantia, & sic intelligitur quæ supra num. 3. aliàs non poterit procedere etiam de iure communi iudex iuxta dictam declarationem, quæ iam de iure nouo Concilij Trident. nequeunt præuolare, nisi eadem commissio cum dicta clausula (quam, & quas) sit subscripta manu Pontificis, vt dictos effectus consequi, & operari valeat prout dictum est, num. 4.

Inde etiam inferitur quod licet (iure communi attento) & ex commissione appellationis dictam clausulam continere possit Delegatus cognoscere, & se introuirere super aliis articulis diuersis, vt late Augustinus Barbosa claus. 121. num. 3. hodie tamen nullatenus, & nisi fuerit subscripta, quia cum articulis diuersis, & separati à priori in iudicium deducto pendente, & appellato, requiritur nouum, & diuersum iudicium, non iam & diuersam instantiam, hæc Ordinatio omnino pertinet, à quo deficiente subscriptione propriæ manus Sanctissimi, nullatenus auocatur, ex eod. Trident. prout abundè diximus supra hac 2. p. 8. per totum, & c. 9. & c. 13. quibus locis late probata est hæc vera resolutio; igitur absolute tenendum est quod in quolibet casu, quo detrahitur prima Ordinarij instantia, semper clausula (quam, & quas) hodie amittit vires suas, suoque vberimos effectus, eidem à iure communi attributos, quoties commissio, qua eadem clausula apponitur, non fuit subscripta propria manu Sanctissimi iuxta nouiorem dispositionem Concilij Trident. nec iudex Delegatus talis clausulæ virtute hodie potest extendere manus suas.

Noratur ulterius, quod est prædicta commissio & cum dicta clausula (quam, & quas) sit subscripta propria manu Sanctissimi, amittit suos effectus, & idem operatur, ac si non sit apposta; quando ad talis commissionis expeditionem non fuerit citata aduersa pars, cuius interest, ad dicendum, & allegandum contra illam; prout etiam, quando non sunt seruati termini substantiales soliti in iudicio expeditionis, vt per Verall. decis. 125. num. 2. part. 3. Marchesan. de commissionib. part. 1. pag. 201. num. 66. in vltima impressione. Barbosa. dist. clausul. 121. num. fin. quoniam cum tunc etiam de iure communi & dicta clausula nihil operetur, nec habeat dictos effectus, illi non suppletur per subscriptionem, quæ solum solemnitate adhibet illi, non autem immutat eius naturam, nec in aliam non iam influit, iuxta quæ latissimè deduximus hæc 2. part. cap. 30. §. 2. à num. 15. cum seqq. quia cum sub dicta clausula, hij effectus non contineantur (vbi deficit citatio partis) illos non poterit tribuere, nec comprehendit subscriptio propria manu Sanctissimi; prout ibidem probauimus à num. 17. vsque ad finem.

## CAPVT XXXIII.

Litteras Apostolicas non subscriptas manu Sanctissimi auocatorias primæ instantiæ in causis tangentibus Tribunal Sanctæ Inquisitionis; an Senatus Regius examinet, vt eidem remittat Tribunali?

Et nunquid Rex Catholicus non solum eadem litteras; sed & alias quaslibet expeditas in derogationem priuilegiorum S. Inquisitionis retinere valeat tam ex sua Regalia generali, quam ex specialibus, indulto Apostolico munita?

## SVM MARIVM.

Senatus Regius nequid per viam violentia ad se trahere causas quomodolibet tangentes S. Inquisitionem, num. 1.

Pro retentione litterarum ad Senatum recurritur per viam violentie, n. 2.

Recurus pro retentione litterarum tangentium S. Inquisitionem comprehenditur in Decreto, Regio prohibetio, num. 3.

Senatus Regius priuatiua datur facultas ex l. Regia examinandi litteras Apostolicas in derogationem Concilij Trident. num. 4.

Inquisitionum iurisdictione Delegata connexa est cum Ordinaria Episcoporum, quorum primam instantiam Rex præferuat, n. 5.

Sub simplicibus casus mixtus comprehenditur, & quando, num. 6. & seqq.

Socius non priuilegiatus potitur foro priuilegiato sui socii in rebus indiuiduis, n. 7.

Casus mixtus non in l. comprehenditur, quando de vtroque simplici idem disponit, non quando de vno tantum, num. 8. & 9.

Leges Regiæ excitantes Senatum ad protectionem primæ instantiæ solum disponunt de ordinario, & non de instantia S. Inquisitionis, n. 10.

Mixtum non comprehenditur sub simplici de quo lex disponit, si inter vtrumque adest rationis diuersitas, num. 11.

Causa permixta, & prohibetio mixtum concurrentibus, hoc vt fortior ad se illam trahit, & attenditur, num. 12.

Generalis facultas data Senatus cognoscendi per viam violentia, patitur limitationem in causis S. Inquisitionis, quam leges Regiæ noue excitantes generaliter Senatum ad protectionem recipiant, num. 13.

Decretum Regium prohibens Senatum, & ceteris Cancellariis cognoscere per viam violentia de causis quomodolibet tangentibus Tribunal S. Inquisitionis, referuntur ad litteras, n. 14.

Consilium S. Inquisitionis cognoscit de violentiis illatis per sua Tribunalia, & iudicem consuetudinis ex Regio Decreto, n. 15.

Regis Regalia est, minuire potestatem suis magistratibus datam, & ad libitum tollere, & alteri aggregare, num. 16.

Regis immediata persona, an comprehendatur in suo Decreto prohibetio causarum tangentium S. Inquisitionem, & an possit quaslibet litteras

Apostolicas generis retinere infra existente causa, num. 17. & seqq.

Senatum personam Principis representat, n. 18.

Ad ius semel à se abdicatum & renuntiatum regressus denegatur, n. 19.

Personalitatis in dispositione non comprehenditur, num. 20.

Nisi ubi subiecta materia aliud suadet, n. 21.

Vel nisi eadem mihi ratio in persona loquentis, que in alia, num. 22.

Regis protectio cessat ubi Concil. Trident. cessat & nec disponit, num. 23.

Inquisitores delegatam dumtaxat, non Ordinariam exercent iurisdictionem, n. 24.

Delegata iurisdictione non comprehenditur in Trident. præseruante primam instantiam Ordinarij, n. 25.

Cui non conueniunt verba legis, eius dispositio adaptatur, ibidem.

Rex Catholicus de iure, & vsu recepto, munito indulto Apostolico retinet, & examinat litteras infringentes ius & priuilegia S. Inquisitionis, num. 26. & seqq.

Regalia protectionis inseparabiliter inheret Regiæ dignitati, maxime in tuenda fide, n. 27.

Rex Catholicus est protector vnicuique S. Inquisitionis, ibidem.

Quam à se abdicare, aut renuntiare non potest, nisi simul Coronam renuntiet, n. 28.

Regalia suam, & potestatem penes se residentem magis ostendit abdicatio, & auocatio causarum à suis magistratibus, n. 29.

Tribunalia Regia nomine Regis, & preuaricari ab ipso exercent, num. 30.

A Rege tanquam à fonte desinit potestas, & iurisdictione omnis, & ad eum resluit, & recurritur, num. 31.

Rex non tam amplam potestatem aliis confert, quin sibi maiorem non reuertet, n. 32.

Ex qua provenit sua Regalia abdicationis, & diminutionis exercitij à suis magistratibus, n. 33. & 34.

In Decreto Regio prohibente causas S. Inquisitionis ad Senatum trahi per viam violentia excepta reperitur ipsa Regis persona, n. 35.

Cui non adaptatur ratio prohibitionis eiusdem Decreti, num. 36.

Ad examen litterarum Apostolicarum infringentium priuilegia S. Inquisitionis Rex priuatiua legit sidentissimos Senatores, qui omni secreto Regem consulant de incommodis, n. 37.

Simanebau referuntur, asserens Regem posse retinere litteras Apost. in preiudicium S. Inquisitionis, ex vi defensionis naturalis, n. 38.

Regalia retentionis semper Rex vtitur pro tuendis indultis S. Inquisitionis, vt ex pluribus exemplaribus hic insertis ostenditur, n. 39. & seqq.

Præmatica Regis Ferdinandi, referuntur, qua nullis panis minatur quoslibet impetrantes litteras Apost. & illas etiam per Cæduloes publicantes, infringentes iura S. Inquisitionis in qualibet instantia, num. 40.

Pronisio Regiæ referuntur, qua mandat decerni litteras in causa S. Officio peruenire, & ne publicentur, donec ab ipso Rege examinentur, n. 41.

Ex Regis pragmaticis colligitur quondam retentionem litterarum tangentium S. Inquisitionem pertinere ad Senatum Regium, n. 42.

Postea tamen dimanauit Decretum prohibitivum, num. 43.

Rex Hispania ubi absolute nominat suum Concilium,